



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasciculus Myrrhæ Dilectus Jesus Crucifixus, Per
Exhortationes & Meditationes de amarâ Salvatoris
passione ac morte evolutus seu explicitus ... Das ist:
Ermahn- und Betrachtungen vom bitteren Leyden ...**

Nagel, Bernhard Dietherich

[Münster], [1742]

S. Bern. Serm. 34. in cantica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51950](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51950)

Approbatio Ordinarii.

Libellum, qui inscribitur FASCICULUS MYRRHÆ à Venerabili Domino BERNARDO THEODORO NAGEL Pastore Parochialis Ecclesiæ in Herberen Dioecesis Monasteriensis conscriptum, & à deputato Theologo lectum, approbatumque, in lucem dari concedimus. Monasterii 12^{ma} die Junii 1742.

FRANCISCUS EGON Baro de Fürstenberg,
Vicarius in spiritualibus Generalis,

EX Mandato Ill^{mi} D.D. Vicarii in spiritualibus Generalis legi Librum inscriptum FASCICULUS MYRRHÆ. Qui cum nihil contineat Fidei orthodoxæ, moribusque contrarium; sed & complectatur monita de Ss. Passione Christi omnibus, præprimis fraternitati agonizæ admodum salutaria, librum præfatum prælo, lectione ac commendatione dignum censeo. Monasterii Westphaliæ 12. Jun. 1742.

Joannes Jungeblodt S. J.
Exam. Syn.

S. Bern. Serm. 34. in cantica.

Fasciculus Myrrhæ dilectus meus. Ante in accubitu Regio, modo inter sponsæ ubera & qui longè erat, in brevi factus est prope. Tu quoque, si sapias, imitaberis sponsæ prudentiam, atque hunc Myrrhæ tam charum Fasciculum de principatu tui pectoris nec ad horam patieris avelli; amara illa, quæ pro te pertulit, semper si memoriâ retineas, & assiduâ meditatione revolveris.